



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

SS. Simon & Judas Apostoli. 28. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

Octob.  
secura  
e occu-  
uditur.  
ris.

SBAAS  
licet,  
grave  
peristi-  
duram  
es ani-  
oretes  
ryrum  
accer-  
escen-  
ougnā  
. Ga-  
im in  
n ho-  
â au-  
AANO  
catu-  
nunc  
aphali  
s sac-  
s ob-  
asam,  
num-  
epu-  
, nulli  
Nihil  
ed sic  
quem

18. Octob. VITÆ SANCTORVM. 527

Laqueus est in auro, viscus in argento, nexus in pra-  
dio, clavis est in amore. Dum aurum petimus, stran-  
gulamur; dum argentum querimus, in visco ejus hære-  
nus; dum prædium invadimus, alligamur; quin etiam  
vulieris decus dum tentat, astringit. Ambros. de  
lono mortis cap. 5.

18. SIMON & JUDAS APOSTOLI.  
28. Octobris.

Vi primùm debellandum sibi orbem Apostoli  
sumpserunt, aliis aliò moventibus, SIMON in  
Egyptum, IVDAS verò THADDÆVS frater SIMO-  
NIS in Mesopotamiam expeditionem adornavit.  
Subactis iis provinciis, in Perside copias junxe-  
tunt, missaque iterum sub jugum CHRISTI in-  
numerā multitudine, demùm uno codemque  
tempore de morte ambo fratres triumpharunt.  
quod spectaculum ne Romæ quidē toties trium-  
phantī obtigit. Porrò IVDAS dudum antè regem  
Edessæ adiit Abagarum (is est qui olim Christum,  
cum in vivis adhuc ageret, per amicas literas in  
regni societatem evocavit) telam ferens, in quā  
vultum sui quām simillimum Servator expresse-  
rat: munus profectò etsi ipsum artificem suum  
non referret, ab artificis certè manu quām maxi-  
mè commendandum. Hoc ubi cubiculo decum-  
bentis regis fuit illatum, locum ilicò omnem in-  
usitatā luce complevit, mox aspectu suo Abaga-  
rum à morbo recreavit, tactu verò persanavit  
etiam. In sacris undis cum omni aulâ suâ ablutus  
imaginē conspicuo loco venerandā proposuit,  
ipse epigraphen, literis auro livenibus, in hunc  
fensem adjecit: Spes nulli umquam imponit, quam  
quis in te Christe ponit, Recte, ais, Deicessigem in  
honore

honore Abagarus habuit. Tecum sentio. Sed nego illos hodie rectè facere , qui vivos Dei vultus, animos inquam, perturpare per summam injuriam non vetentur. Ex Constant. Porphyr. Hieron.

*Quia præsentia gaudia sequuntur æternalamenta ; hic vanam lætitiam fugite , si illic flere formidatis : nemo enim potest & hic gaudere cum sæculo , & illic regnare cum Christo. S.Greg.ii.homil.in Euang.*

S. NARCISSUS EPISC. 29.Octobris.

**F**lorere sibi videbatur Hierosolyma , cùm NARCISSVM haberet Pontificem odore virtutis charissimum patriæ & acceptissimum. Sed ex tam pulchro flore pessima aranea invidia venenum sibi suxit. Terni & ex mendaciis compositi cives in innocentiam conspirarunt , & sanctissimam viri famam fœdissimi criminis delatione contaminare sunt aggressi ; utque ruitura mendacia perjurio fulcirent, si fallerent, pœnas ipsi sibi judices rei dictarunt, & primus ignes, alter morbum fœdum , ultimus oculorum orbitatem imprecatus est , omnes à Cælitibus non surdis audiendi. Etenim etsi perfidiæ etiam juratæ nemo crederet, testisque maximus & unus omnium instar NARCISSI ipse esset NARCISSVS ; execratus tamen hic vel suspicionem facinoris subduxit se, & silvarum exilio innocentem sc̄ damnavit. Mox tamen aliam in adversarios sententiam cælum pronuntiavit. Primus enim ille cum omni familiâ igne tectis nescio unde illapso exustus facem , ut innocentia pateret urbi , accedit. Alter horrido morbo obsessus, uti à capite ad calcem usque sancti nihil, ita nihil sani habuit. Interea dum vindicem DEVVM tuerentur , timuere sibi oculi tertii testis,